



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

17. Dies Augusti. Qualis vis esse, dum Deum oras, semper esto, Sextus
Pythagoricus in sententiis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

642 *Christiani Militis* Augustus.
duo millia , ducentas viginti quatuor numerando
pervenerat , uno die , cum subeunte tædio destituit.
Tu opta non octoginta annos: verùm octoginta sa-
culorum millions , & integrum insuper , si confe-
queretur æternitatem ; ut toto hoc tempore testifi-
cari possis formidabili Dei Majestati per consimiles
adorationes corporis : quod nihil omnino sic adora-
ri dignum sit, atque immensum ejus Numen. Nunc
ergo, quantum potes, tantum te submitte corām illo,
corām quo submittitur omnis altitudo, dicens : Ut
intelligat mundus, quia agnoscō me figuratum
manuum tuarum : te verò , supremum animæ meæ
Principem, submississimam totius corporis reverentia
me ad pedes infinitæ Majestatis tuæ abjicio, testor
que hanc esse gloriam meam non modo summam,
sed solam, quod sim aliquid tui , & nihil mei : & ita
ad te spectans, ut pendam ex Te totus, & esse meum
omni modo Tibi , ceu toti suo necesse habeat adha-
rere. Illud quoque opto, ut producere vitam ad mun-
di usque interitum liceret, nec aliud in momenta fir-
gula vitæ meæ negotium foret, nisi per modum ho-
magii, & subjectionis clientelaris , tot omnibus genitis
adorationes facere, quot radios spargit mundi oca-
lus, Sol, orbi huic universo lucem impariens. Sica-
dorando, quidlibet exorabis, nisi vanus sit is, qui hoc
panxit :

Is facile exorat, supplex quis Numen adorat.

17. DIES AUGUSTI.

Qualis vis esse , dum Deum oras, talis semper esto,
Sextus Pythagoricus in sententiis.

1.Ubi

Ubi præcessit Adoratio, sequitur Oratio, quæ est mentis ad Deum ascensus. Dignus eris illo ascensu, si toto nitaris co-
hatu, ut juxta Tesseram, semper sis talis, qualis ora-
turus Deum. Quales porrò simus, cum Deum ora-
mus, insinuat Chrysostomus: (a) Per Divinum col-
loquium illud assequimur, ut & mortales, & temporaria
esse desinamus: natura quidem mortales, sed colloquio,
convictuque quem cum Deo habemus, ad immortalem
vitam transeuntes. Quanta illa pro nobis dignitas, ut
cum sit Deus ineffabilis, sit super omnes affabilis.
Tanta Majestas cœli, submitit se ad colloquia cum
vermiculis terræ. Et tamen tanta est hominis rusti-
citas, dicam, an cœcitas? an pravitas? ut cum Deo
habere colloquiū, sit illi fastidium. Insigniter inen-
dax est homo, si dicat se diligere Deum, & in pecto-
te suo morante non alloquitur. Amicitia muta,
non distinguitur ab odio. Quod si nolis vel tantil-
lum, Deum revereti; velis saltem tñi misereri: si, ut
ores, tibi non suadet charitas, saltem persuadeat ne-
cessitas. Si haec ignores, intellige ex D. Chrysololo-
go: (b) Nos, qui ad incerta consurgimus, qui inter in-
fidias diem ducimus, qui horarum varietates, momen-
torum motus, verborum lapsus, actuum pericula susti-
nemus. Quid est, quod Ecclesiam manè nolumus in-
trare? Quid est, quod matutinâ prece, torius diei custo-
diam nolumus postulare? Quid est, quod homini adsta-
re toto tempore libet? Manicemus, & oremus, vel hu-
mano timore, si non amore Divino, si non invitati bonis,
vel coacti malis.

II. Totus , quantuses, non es, nisi miseria, totus
ignorantia, totus inopia. Unicum præsidium tibi su-
perest , quo possis esse eximius à miseria , & pulsi
ignorantiâ sapere , & liberari tuâ egestate, Oratio.
Summoperè placet Deo , sibi offerri occasionem ex-
hibendæ suæ beneficentiae : ideò enim creavit om-
nia, ut haberet, quæ & quibus donaret. Cùm vero
oramus , urgemus Deum ad hoc , ad quod totâ na-
turâ suâ propendet, videlicet , ad dandum. Ideò ac-
ceptissimæ sunt illi orationes nostræ , quia instau-
rant indignitatem ex peccato , exhibitâ Deo occa-
sione faciendi per eas illud , propter quod fecit om-
nia, quod est benefacere. Non potest Deus se con-
tinere à largiendo : ardet jugiter benefacere ; idèo
impensè nos adhortatur , ut sine intermissione ore-
mus ; quia sine intermissione cupit dare : quomodo
ergò privamus nos Deum: suo voto, & nos ipsos no-
stro bono ? Ut autem , quod petimus, extorquemus;
induamus nos meritis JESU Christi; tunc
non nobis, sed Christo petimus. Si tu pauperi po-
stulantî eleemosynam in nomine Christi credis te
Christo impetriri; idem faciet Pater tuus. Situ
moveris, quando per Christum aliquando petitur;
quantò promptius Deus movebitur ad eleemosy-
nam ? Annè minus misericors est Deus , quamtu-
miser?

III. Si oportet cum Dynastis agere , quot de-
voranda sunt tædia , quantò studio sunt capienda
mollissimæ occasionses adeundi ? Ad Regale illud se-
cretum , semper velum reductum est , patet introi-
tus ad Solium divinitatis : cœlestes illi Palatini non
repellunt; sed deducunt potius nos , & invitant. Pro!
quanta

Augustus.

Tessera.

645

quanta Dei dignatio ! pædore plenus , sordibusque obsoletus, cùm voluerit, potest ad Deum accedere, cum eo loqui ; & non modò Sacram Purpuram , ac manum; sed ipsum quoque os , atque pectus suavari : è colloquio redire opulentus , & delibutus incredibili consolatione, & virtutum ornamento splendidus, & gratiâ coronatus. Itaque, mirum non est, si mortales plurimi cæcutiant; si repant humi , turbulentis affectionibus, ut fluctibus hausti ; si debilitetur indies amor ad res divinas, & ad omne genus honestorum officiorum, ac virtutum. Non est quærendus, ut ores, locus, cùm ubique sit Deus. Hinc rectè D. Augustinus : (a) *Cùm oras, clama; non voce, sed mente.* Nam & tacentes exaudit Deus; nec quæritur locus, quantum sensus. Jeremias confortatur in carcere: Daniel inter leones exultat; tres pueri in fornace tripudiant: Job nudus in sterquilino triumphat; Paradisum de cruce Latro invenit : non est locus, ubi non sit Deus. Sis magis, dum oras, solicitus de clamore cordis, quam vocis; clament opera, non verba; vita, non lingua. Nam benè D. Isidorus : (b) *Quid prodest strepitus labiorum, ubi cor est mutum?* sicut enim vox sine modulatione, est quasi vox porcorum : sic oratio sine devotione, est quasi mugitus boum. Sola, dum oras, labia non expungent crimina. Ad verba mea alludit Poëta :

Non poteris labiis orando eradere labes.

18. DIES AUGUSTI.

Præmium Dei; ipse Deus est. *Sanctus Augustinus in Psalm. 72.*

(a) *Augustinus serm. de Quadragesima.* (b) *Desum. bon. l. 3. c. 8.*

S. 3

I. Ex